

firmitatem nr̄am suscepit · & egrotationes portauit · Videns aut̄e ih̄c turbas multas circū se · iussit ire transfretū · Et accedens unus scriba · ait illi · Magister · sequar te quocūq; ieris · Et dicit ei ih̄c · Uulpes foueas habent · & uolucres cęli nidos · filius au hominis n̄ habet ubi caput reclinet · Alius aut̄e de discipulis ei ait illi · Dne · permitte me primū ire · & sepelire patrē meū · Ihc aut̄e ait illi · Sequere me · & dimitte mortuos sepelire mortuos suos · Et ascendente eo in naviculā · secuta sunt eū discipuli ei · Et ecce motus magnus factus ē in mari · ita ut navicula operiret̄ fluctib; Ipse vero dormiebat · Et accesserunt · & suscitauerunt eū dicentes · Dne · salua nos · perimus · Et dixit eis · Quid timidi estis modicę fidei · Tunc surgens imperauit ventis et mari · & facta ē tranquillitas magna · Porro homines mirati sunt dicentes · Qualis ē hic ·

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
HESSEN
Staatliche Schlösser
und Gärten Hessen
UNESCO
Organisation der
Vereinten Nationen für
Bildung, Wissenschaft,
Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch
Welterbestätte
seit 1991
© The University of Edinburgh
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/uedin_ms12/0066